



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Amor Gloriæ Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO XVI:

AMOR DEI,

Amor gloria DEI.

Unam tantum rem peto, Domine, unam desidero:
 Gloriam tuam, honorem tuum; ut ab omnibus
 semper cognoscaris, amaris, honoreris, lau-
 deris, adoreris; id quod in oratione tua nos docuisti;
quod nomen tuum. Quod non est aliud, quam
 honorificeris, & æstimeris ab omnibus pro eo, quod es
 summum & infinitum, immensum & æternum.

Gloria tua, ô mi Deus, sit semper materia cogita-
 tionum mearum, scopus desideriorum meorum, finis
 studiorum meorum. Gloria tua sit tota mea consolatio,
 gaudium, iubilus, & exultatio animæ meæ.

O Gloria, quæ est vera gloria causa omnis alterius
 gloriæ. *Exultant Sancti in gloria*, hoc est in te: quia
 te cognoscunt, tantum te amant: tantum
 te adorant, ac de te. Et hæc est gloria illorum, Gau-
 dium, Videri, Amare, summam Bonitatem tuam, in-
 finitam Pulchritudinem tuam, æternam Majestatem
 tuam, ô Deus meus, meum unicuique & summum Bonum.
 Tibi soli debetur gloria, omnis gloria, infinita & æter-
 na.

CONSIDERATIO XVII:

AMOR DEI,

Amor appetitivus.

Quis det mihi, Deus meus, æstimare te, si non quan-
 tum ipse mereris, certe quantum ego possum ac de-
 bitum merito sequitur valorem: tanti æstimatur bonum,
 quantum